

GVNTHERVS COMES A SCHUVTZENBURG.



Gvnterus ex illustri comitū à Schuuartzzenburg familia natus, & à pueris in omni genere uirtutum educatus est. Is quamprimum adoleuislet, bellorum studia amauit, atq; regum & principum castra secutus fuit. Erat is multis animi & corporis uirtutibus conspicuus. Itaq; in re militari tantam notitiam sibi comparauit, ut & ordines du cere & equitum præfectum agere iussus fuerit. Id quod ipse magna dexteritate perfecit, arque hostibus multis in locis terrori extitit. Ut autem bello clarus, ita quoq; pacis studijs celebris fuit. Vnde etiam quandoque comitijs interfuit, & 1562 Franckoforti, cum Maximilianus Cæsar declararetur, inter reliquos proceres emicuit. Sic factum ut Guntherus comes in Schuuartzzenburg, dominus in Arnstatt & Sunderhausen, Ferdinandi Imperatori gratissimus, suam familiam à multis seculis præstantissimam exornarit, & apud omnes principes magnam sibi autoritatem comparat. Anon.